

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Elemosina I
cum uariis

Vtantur diuites consuetudine infirmitatis sue, sed doleant aliter se non posse. Melius enim facerent, si aliter possent. Si ergo non extollitur pauper de mendicitate, tu quare extolleris de infirmitate? Vtere cibis electis et preciosis sic consueuisti quia aliter non potes, quia si consuetudinem mutas, egrotas. Conceditur tibi: utere necessariis, da pauperibus superflua; utere preciosis, da pauperibus uilia.

Augustinus de uerbis Domini.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

aliter] non *add.* P V¹ V² L¹ L²; mendicitate] necessitate (*cor. in marg.*) B; utere cibis] uere
cibus P V¹; sic] sicut C M P V¹ V² L¹ L²